

gula gerendi, faciendi, exequendi et exercendi, quae ad errorum hu-
iusmodi totalem extirpartionem cognoverit expedire ac districte prae-
cipiendo mandantes omnibus et singulis archiepiscopis, episcopis et
aliis locorum ordinariis, universitatibus et quibusvis aliis personis »
di non procurargli alcun impedimento.

« Et quia difficile foret praesentes litteras ad singula quaeque loca,
in quibus expediens foret, deferre, volumus, quod illarum transumptis
manu publici notarii inde rogati subscriptis et sigillo dicti Henrici
vel alterius personae ecclesiasticae in dignitate constitutae munitis ea
prorsus fides indubia in omnibus et per omnia adhibeatur, quae praes-
entibus adhiberetur, si essent exhibitae.... Nulli ergo » etc.

Dat Romae, quinto Cal. Nov. 1483.

Regest. 677, f. 326b-327b. Archivio segreto pontificio.

**147^b. Papa Sisto IV nomina
il domenicano Niccolò Ignazio de Cassovia inquisitore
in Ungheria.**

Roma, 28 ottobre 1483.

« Cum per regnum Ongariae [sic], in quo... multi errores haere-
sesque... audit sunt, nullus ibi haereticae pravitatis inquisitor exi-
stat... nos cupientes, ut errores et haereses huiusmodi penitus extir-
pentur ac fidei praedictae lumen in illis partibus... elucescat te
[Nicolaum Ignat. de Cassovia, ord. frat. praedicat. et theor. profess.]...
haereticae pravitatis inquisitorem per totum regnum et universum
dominium serenissimi in Christo regis Ungariae instituimus ac etiam
deputamus tibique contra omnes et singulos illarum partium haereticos
et scismaticos inquirendi et procedendi illosque capiendi et incarce-
randi ac puniendi omniaque alia et singula, quae ad officium inqui-
sitoris... pertinent, faciendi, exercendi, exequendi et committendi
plena et liberam auctoritate apostolica tenore praesentium conce-
dimus facultatem et insuper te generalem Apost. Sedis praedicatorem
in regno atque dominio Hungariae... instituimus et deputamus ».
Inoltre facoltà di nominar sostituti.

Tutti gli arcivescovi, vescovi ecc. sono minacciati di secomunica
se metteranno bastoni tra le ruote a Nicc. Ign. de Cassovia. « Omni-
bus et singulis Christifidelibus vere penitentibus et confessis, qui
praedicationibus devote interfuerint, quotiens id fecerint » si concede
indulgenza di 100 giorni.

Dat. Romae, quinto Cal. Nov. 1483. Pontif. nostro anno XIII.

Regest. 667, f. 325. Archivio segreto pontificio.